



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

Parisiis, 1644

Praefatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15300

CONCILIVM TOLETANVM X. ANNO CHRISTI 656.

VIGINTI EPISCOPORVM ANNO OCTAVO RECCESVINTHI REGIS, 2 ara DCXCIV. celebratum, sub Vitaliano papa. Est prouinciale.

TITVLI CAPITVLORVM.

- I. De celebritate festiuitatis dominice matris.
II. De non violandis religiosorum iuramentis, in salutem regiam datis.
III. De non permittendo laicis imperare religiosi.
IV. De professione et veste religiosarum viduarum.
V. De remotis excusationibus viduarum transgressionem religionis sequentium.
VI. De his qui in parua aetate coram parentibus religionis habitum tenuerint.
VII. Ut nullus Christianum Iudeis vendat.

PRÆFATIO.

IN NOMINE DOMINI HABITA SYNODVS X. in Toletana vrbe, die Kalendarum Decembrium, anno octauo gloriosissimi domini et religiosissimi Reccesuinthi principis, æra DCXCIV.

GRATVLATIONEM nobis spiritualem diuina contulit gratia, quando tribuit uti nobis et salutaris disciplina frequentia, et conuenire ad pacificorum votorum studia præoptata. Congregatis ergo nobis, et in concordia animi, et in Conuentu loci, referentes gratias inuifibili Deo, et glorioso rerum domino Reccesuintho regi, cuius sacratissimo voto, retenta paternitatis sanctæ traditione, ad sacrum quiuimus adunari Conuentum, has subter annexas regulas concordie definitione prolata æterna statuimus manere lege præfixas.

CAPITVLA.

I.

Cum nihil fidei sinceritas per diuersitatem aduersum incurrat, et vnitatem catholicæ regulæ varietas nulla discerpat, est tamen quod nisi temporum vnitatem seruetur, et discidium indiscissæ vnitati